



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

48. Wolbodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

B. Lamberti : itemque S. Bartholomæi, à Godeschalco Maioris Ecclesię Præposito cõstructam, dedicauit, & consecrauit. Fundamenta item iecit Ecclesię S. Iacobi, & vsque ad fenestras opus perduxit ; etsi absoluere mors illi inuidit. Reliquias sacras Andreę Apostoli supplex veneratus est. Arnulpho Comiti preces, & Sacrificia pro defuncto pollicitus est, & promissum præstitit.

XLVIII. WOLBODO.

Ecclesiam S. Iacobi, à Baldrico inchoatam absoluit. Missas celebrat, & ante singulas, totum Psalterium recitat. Processiones Cleri instituit. Crucis Imaginem veneratus est, & in eius amplexu mortuus. Ad eius Reliquias multa, & magna Miracula patrata sunt.